

obicum ponunt; sed eos non peccare tamquam Ministris ejsdem Sacramenti, quia solus Minister consecratus tenetur ad illud præceptum *Sancti Sancti traduntur* ex vi ejsdem sue consecrationis, quæ specialiter deputatus est ad Sacramenta conficienda; unde Laici, quando baptizant in casu necessitatis, non adstringuntur illo præcepto, juxta S. Thomam 3. p. quest. 64. art. 6. ad 3. Ita astruit Sanchez de Matrim. d. lib. 2. disp. 6. num. 4. Gutierrez eod. tra. cap. 41. num. 3. Layman lib. 5. tra. 1. cap. 5. num. 9. & alij, quos numerat, & sequitur Diana Coordinatus d. tom. 2. tra. 6. resol. 123. desumpta ex veteri part. 3. tra. 4. resol. 198. quibus consentit Maffius ead. disp. 7. sub num. 64. Igitur quoad prædictum sextum argumentum contrarium, in nihilo officit, quin ipsi conjuges possint, ac debeant esse Ministri in Sacramento Matrimonii quod conficiunt; etsi enim peccent mortaliter, & sacilegium committant, si extra statum gratiæ, ac in mortaliter scienter existant; oneratur hoc gravi piculo tamquam Sufpicantibus, non tamquam Ministris. Et hic advertant Parochi, quanta sit eorum obligatio monendi Sponsos, ac Sponsas, ut constentur peccata sua, antequam ad contrahendum Matrimonium accedant, & ut illud Sacramentum pie, sancte, & in gratia recipient; quod utinam omnes Rectores animarum adverterent, & operarentur, ne ipsi sint Deo rationem reddituri tot Sacrilegiorum, quæ à contrahentibus Matrimonium in peccato mortali, ob eorum incuriam, committuntur.

Hucusque deducta nos monitos faciunt, ac certos reddunt, præsentiam proprii Sacerdotis in contractu Matrimonii, eique benedictionem super conjugibus contrahentibus, non spectare ad essentiam ejsdem contractus, qui ante Tridentinum Concilium etiam sine proprio Sacerdote valide fiebat; sed ad Ritum, ac solemnitatem ejsdem contractus, tantumque Sacramenti venerationem: siquidem ab initio Ecclesiæ statutum fuit, ut Matrimonia coram Sacerdote celebrarentur, & solemnem ab eo Conjuges benedictionem obtinerent, ut legitur in Epistola prima S. Evaristi Papæ creati Anno 112. in tom. 1. Concilior. pag. mibi 311. cuius hæc sunt verba, relata etiam in cap. Alter. 30. quest. 1. videlicet: *Aliter legitimum non sit conjugium, nisi ab his, qui super istam feminam dominationem habere videntur, & a quibus custoditur, uxor petatur, & suo tempore Sacerdotaliter, ut nos est, cum præcibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, &c.* Similiter in Concilio Carthaginensi IV. quod celebratum fuit Anno 390. sub Siricio Papa. (& habetur in eodem tom. 1. Concilior. pag. 757.) ita fuit dispositum, ut referret etiam in cap. Sponsus 30. q. 5. Sponsus, & Sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à Parentibus suis, vel à Parantibus offerantur, qui eum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in Virginitate permaneant. Imò Tertullianus, qui per integrum seculum cum dimittendo ante hoc Concilium florabat, Anno scilicet 230. de hoc solemniter rito, & Sacerdotali conjugum benedictione, aliisque pijs actionibus sic scriptum reliquit in lib. 2. ad Uxor. in fin. Unde sufficere ad enarrandam sollicitudinem ejus Matrimonii, quod Ecclesia concelebrat, & confirmat oblatio, & obsequium Angeli venientis? Quæ verba declarat Emin. Cardin. Baronius in suis Annalibus Ecclesiasticis ad Annum 57. n. 48. ita dicens: *Sed hæc singulari explicemus; antiquus enim Ecclesiæ mores Annalibus nostris invenire ex instituto susceperim. Quod igitur ad primum pervenit Ecclesiæ solum concilium Matrimonium, dum per Sacerdotem contrahentium mutuo elicitio prius confensus, junguntur in unum eorum dextera, quibus accedit osculi Sancta libatio, atque velatio; de quibus item Ritibus idem Tertullian. de Veland. Virgin. cap. 11. in fin. & S. Gregorius Na-*

zianzenus Epistol. 57. *Quod addit: Confirmat oblatio: Missæ insignat Sacrificium, quod (ut antiqui Rituales Libri Ecclesiastici tradunt) in Matrimonii consideratione offerri à Sacerdotibus consuevit. Et quid mirum si hoc faceret Christiani, cum nec Ethnicis sine Sacrificio nuptias contrahere soliti fuerint? Post verò eisdem contrahentibus à Sacerdote solitam Sacram Eucharisticam (ut etiam nunc fit) imparti, idem Tertullianus alibi docet (De Monogamia, capit. 11.) Illi, Sacerdotes videlicet, sic dabant viros, & uxores, quemodò bucellas. Quod præterea idem ait: Et obsequium Angeli renunciant; Per Angelos Tertullianus intelligere Sacerdotes consuevit; Sacerdotes enim Matrimonium inter partes antea pactum in Ecclesiâ denunciare solent. Hucusque Emin. Card. Baronius, ex cuius verbis conspiciet licet, etiam in primis Ecclesiæ sæculis, Parochos consuevisse denuntiationes Matrimoniorum facere, conjuges contrahentes in Ecclesiâ Sacerdotali benedictione munire, pro illis em adstantibus Missam celebrare, ac illis Sacra Eucharistia referre.*

Quod autem etiam Ethnicis (ut supra inquit Baronius) in contrahendis Nuptiis sacrificium adhiberent, ostendunt Bullingerus lib. 3. de Imperat. Roman. capit. 17. De amplius additam. ad cap. 37. lib. 5. Antiquit. Ritu; & alij, quos citat Sherlogus tom. 2. in Cantio. Vestigat. 1. sect. 1. numer. 4. & ex Canonistis Gonzalez in Commentar. ad cap. 1. De Secunda. Nupt. numer. 6. tom. 4. & præcipue sub numer. 18. ubi late ex Cicerone, Plinio, Valerio Maximo, & aliis de solemnitatibus, ac Ritibus publicis Paganorum in eorum Matrimonii celebrandis fieri consuetis differit, & concordat Petrus Gregorius Tolofanus in Systagmat. Jur. Univ. lib. 9. capit. 5. in quo postquam ostenderit duos præcipuos fuisse modos apud Romanos contrahendi Matrimonium; unum per Coemptitionem, quo pacis denariis Vir fingebat emere feminam; femina autem Virum; alterum per Farrationem; conjugibus scilicet farre in manibus adinvicem tenentibus; & eorum decem testibus sibi promittentibus, sacrificabatur panes farrei; descendit ad indicandos varios alios solemnem ritus diversarum nationum in Nuptiis inveniendis, ita à numer. 42. seqq. scribens: Feruntur & plures diversarum nationum ritus. Cymbri, 36 ut aiant, ubi depauctum erat Matrimonium, ungues rescabant, & Sponsus Sponsæ, & e contra, Sponsus Sponsæ segmenta dono mittebat, que si mutuo acceptarentur Matrimonium ratum erat, atque tunc simul veluti conjuges conveniebant. Inter Teutonicos Uxor Marito, Maritus vicissim Uxori capillos reddebant, in quo faciendo consensu Nuptias perficiebant. Apud Armenios, Sponsus seindebat extremum auriculæ dextræ Sponsæ; Sponsa autem Sponso extremum finitæ; & hoc solo ritu perficiebatur Matrimonium. Apud Elamitas Sponsus, & Sponsæ mutuo sibi utque ad sanguinem pungebant digitum cordis, præsentibus invitatis, & ita firmabatur Matrimonium. Apud Numidas utraq; conjugum puebat in terram, & luto indè facti in symbolum Matrimonii, frontes mutuo frungebant. Dacti mutuo se ampledebant, & his, qui adstant, novum nomen imponebant; quod si hilare acciperent, ratum erat Matrimonium. Apud Hungaros Sponsi mutuo sibi imagunculas argenteas præmittebant, quibus receptis juvencæ Nuptiæ celebrabantur. Mos apud Sicionitas, ut futurus Vir calcem pedis dexteri Sponsæ mitteret; Sponsa autem Sponso finitæ. Apud Tartaros, proximis utrinque in convivium vocatis, perficiebant Matrimonium, manducantibus Sponso, & Sponsa eadem manu, Scyte mutuo sibiangebant primum pedes, post genua, dehinc cubitos, frontes, oculos, aures, & tandem se exocillabantur.

tur, eoque ritu in perpetuum firmabatur Matrimonium. Apud Cardienfes, Sacerdotes ad domum Mariti ibant, ubi conveniebat Mulier, ibique accendebat ignem, qui nunquam extinguit, saltem dum viverent, debebat; nam si extingueretur, sebat divortium; & erat inlat repudiij, nisi simul quadraginta annis vixissent: indeque abijt in Proverbiis, pro Repudio aquam igni injicere. Hucusque Tolofanus.

Quod si Gentiles adhibebant solemnes ritus in eorum Nuptiis, non est credendum ab his se abstinuissent Hebræos. Hi enim dum Matrimonium contrahabant, benedicebantur, ut constat in nuptiis Tobie junioris, & Saræ, quæ Raguel benedixit, ut legitur Tob. 4. dicens: *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob vobiscum sit, & ipse conjugat vos, impleatque benedictionem suam in vobis.* Idcirco ipse Petr. Gregor. Tolofanus d. lib. 9. Systagmat. Jur. n. 21. hæc subdit: *Inter Judæos habetur benedictio Sponsaliorum, in qua qui benedictioni præpositus est, sumit Calicem, & recitat Orationem: Qui creas fructus Vitis &c. & aliam Sponsalibus accomodat; postea bibit vinum, & subindè proposita Sponso, & Sponsæ, impletur & postea septem dies contrivij. Hoc idem servari his diebus à Judæis testatur Julius Maurocepas, olim inter ipsos Rabbinius doctissimus Venetus, sed gratia Dei præventus ad Pilem Christianam convertus, qui Romæ in Collegio de Propaganda Fide Magister lingue Hebræicæ assumptus, librum composuit, Typis Romæ impressum Anno 1683. in quo conatur, Judæos ad viam veritatis vocare, & eos de incredulitate, ac erroribus convincere. Agens autem de eorum cæremonijs in Matrimonio contrahendo par. 2. cap. 60. pag. 985. ita dixerit:*

Nel giorno dello Sposalizio ambedue gli Sposi digiunano finchè si faccia la cerimonia della funzione, ma per devozione. Le Donne Vedove si rimaritano di Giovedì. Nel giorno e nell'ora designata alla cerimonia va lo Sposo accompagnato da molta gente, e da' Rabbini, e Cantarini, che lo vengono a ricevere, alla Sinagoga dopo mezzodì all' orazione *Minehâ, o Vespero*, come si disse alla face. 416. Và poi similmente in casa della Sposa, ed ivi sotto un baldachino, in presenza di tutti loro, si pone a canto alla Sposa, coprendosi ambedue col *Taleth*, cioè con quel manto di pendacoli, che si spiegò nel cap. 10. All'ora il Rabbino, o il Cantore, preso in mano un bicchiero, o carafa piena di vino, dice le seguenti benedizioni intitolate, *Benedizione degli Sposalizi detti Irush; Benedetto tu Signore Dio Re del Mondo, Creatore del vino ec.* quali finite, affaggiando di quel vino il Rabbino, o il Cantario fa, che lo Sposo, e la Sposa bevano del medesimo. Ciò fatto lo Sposo mette in dito alla Sposa l'anello Nuziale, dicendo: *Ecco, che tu sei Sposata a me con questo anello conformé alla Legge di Moise, e d'Israele.* E qui gli assistenti gridano ad alta voce: *Mekudecet, Mazal Tou, bešman Tou*; che vuol dire: *Santificata, o Sposata con buona ventura, con buon augurio.* Scrittose poi lo Sposo la carta dotale, e la sottoscrivono anche i Rabbini, o altri Testimoni; e lo Sposo ne giura l'osservanza, toccando il lembo della veste del Rabbino, che gliela porge a questo fine.

Si fa poi la seconda funzione dal Rabbino medesimo con un'altra carafa di vino in mano, e canta altre sette benedizioni, che sono registrate nel sopraddetto Rituale, e tutte insieme sono dette benedizioni de' *Nuscivin, o Matrimoni*; Quali finite, il Cantario assaggià di quel vino, e ne dà allo Sposo, ed alla Sposa; e riavendo in mano la carafa, la getta in terra col resto del vino, gridandosi di nuovo da tutti: *Con buona ventura*; Dicono poscia il Salmo 65. *Jubilate Deo omnis terra; e si termina la funzione detta Le sette bene-*

dizioni, e quella sera lo Sposo fa convivio à i parenti, ed amici, dalli quali suol anche essere regalato di zucchero, e di confezioni, e tal volta d'argento, e d'oro lavorati, conforme l'usanza, e costume del paese, e nel fine del convivio si replicano di nuovo le riserite sette benedizioni.

Sequitur prædictus Auctor narrare, quòd post convivium sunt concentus musici, ac salitationes usque dum veniat hora ducendi ad thalamum nuptiale eisdem Sponsos; quæ solemnitates, & gaudia nuptialia non distant à parabola decem Virginum, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam Sponso, & Sponse, ut legitur in Evangelio S. Matthæi cap. 25. ubi Cornelius à Lapide sub Vers. 2. ita scribit: *Nota. Olim, uti & nunc, Sponso honoris causa addebantur comites juvenes, egregii, & ornatissimi; Sponsa verò Virgines, eaque sæpe decem numero. Porro nuptias celebrabant noctu; quocirca Sponjus vesperè adibat domum Sponse, ubi honorificè, & lautè à parentibus Sponsæ exceptus, indè Sponjam in aedes suas, aut, si ille anguste foret, in amplam convivij nuptialis domum aducebat; ibique nuptias celebrabat, & consummabat: juvenes autem, & Virgines utrique adventanti honoris causa obviam præstantes, præsertim rudas pronubas, præsertim ex spina alba, easque quinq; Judæi autem non videntur olim habuisse usum cere ad lumina, cerearumque tadarum, sed olei, unde in Scriptura crebrò est mentio lampadarum, & lucernarum. Et hæc satis sint ad inveniendos Studiosij ritus antiquos, ac solemnitates genuens in Matrimoniis contrahendis, occasione benedictionis, ac cæremontiarum, quas faciunt Parochi super Sponsis in Ecclesiâ, non tamquam hujus Sacramenti Ministri, sed uti testes necessarii pro ejus validitate post Concilium Tridentinum.*

DECISIO VII. ARGUMENTUM.

Explicatur indissolubilitas Matrimonii; & pro ejus intelligentia repetitur illa divisio, quòd Matrimonium aliud dicitur tantummodo Ratum; aliud verò Ratum, & Consummatum simul. Proponuntur, & solvuntur quatuor curiosa dubia, sed scitu necessaria, circa consummationem Matrimonii. Ostenditur Matrimonium consummatum esse indissolubile, & hanc indissolubilitatem provenire tum à Jure Divino; tum à Jure Naturali pluribus rationibus comprobatur. Objecta quatuor contra hæc rationes. Resolvitur objectum primum; aliorum trium ad sequentes Decisiones resolutione dilata.

SUMMARIUM.

- Indissolubilitas Matrimonii in quo consistat?
- Matrimonium consideratur vel tamquam simplex contractus tantum, vel tamquam contractus, & Sacramentum.
- Indissolubilia Matrimonia non sunt Sacramenta.
- Contuberniorum Matrimonia an sint Sacramenta?
- Matrimonia Christianorum alia Rata, alia Consummata.
- Copula carnalis habita ante Matrimonium Ratum an faciat illud esse consummatum?
- Filii naturali: geniti ante Matrimonium sunt legitimi per solum Matrimonium Ratum.
- Consummatum Matrimonium an sit per solum penetrationem abque seminatione in Vase Uxoris?
- Factum presumitur, quod frequenter fieri solet.
- Professio Viri in Religione cognita Uxore abque seminatione, an dissolvat Matrimonium?

- 11 Semen mulieris an necessarium ad generationem? Et ad consummandum Matrimonium?
- 12 Fœmine esserenti se non seminasse in copula maritali an sit excusandum? Et in quibus casibus? numer. 13.
- 14 Seminis effusio ad os vasis muliebri sine penetratione, an faciat Matrimonium consummatum?
- 15 Copula habita per vim an faciat Matrimonium consummatum?
- 16 Maritus intra bimestre extorquens copulam per vim ab Uxore peccat mortaliter.
- 17 Uxor cognita per vim à marito intra bimestre potest profiteri in Religione.
- 18 Sed non soluitur vinculum Matrimonii.
- 19 Vir an imitus cogi possit ad copulam carnalem?
- 20 Martyr qui tam ligatus, et provocatus à meretrice ad libidinem, quomodo eam expulerit?
- 21 Maritus, si intra bimestre per fraudem ab Uxore trahatur ad copulam, potest Religionem ingredi.
- 22 Hæretici docentes Vinculum Matrimonii esse solubile.
- 23 Vinculum Matrimonii est indissolubile, Et tale semper fuit.
- 24 Insolubilitas prædicta à quo Jure proveniat?
- 25 Deus ab initio mundi fecit Matrimonium insolubile.
- 26 Matera uniuscujusque Sacramenti significat id quod Sacramentum operatur.
- 27 Naturali Jure Matrimonium est insolubile.
- 28 Proles Humana non solum indiget nutritione quo ad corpus, sed etiam instructione quoad Animam.
- 29 Fornicatio prohibita Jure naturali, ac Divino.
- 30 Amor nullus vincit paternum.
- 31 Alimenta præstantia filiis à Parentibus de Jure naturali.
- 32 Filii similes esse solent Patri quoad faciem.
- 33 Filii de Jure naturali sunt hæredes instituti à Patre.
- 34 Animalia irrationabilia habent vagum concubitum.
- 35 Pagani non servant indissolubilitatem Matrimonii.
- 36 Spartus Cæcilius dimisit Uxorem ob sterilitatem.
- 37 Judæi dabant libellum repudiij Uxoribus suis.
- 38 Imperatores Christiani, qui repudiaverunt Uxores, in Jura naturalia sunt immutabilia.
- 39 Jura naturalia duplex, primum, et secundarium.
- 40 Jura naturalis primarii effectus quinam sint?
- 41 Et quinam Jura naturalis secundarii?
- 42 Animalia non capiunt effectus Juris naturalis secundarii.

Quoniam tum Canonistæ, tum Theologi Scholastici, ac Morales plura disputant de indissolubilitate Matrimonii, idè de ipsa in hac, & in tribus sequentibus Decisionibus est agendum, non confusè, sed ordinatè, ad clariorem intelligentiam eorum, quæ à pluribus Auctoribus satis obscure de hac indissolubilitate profertur. Porro ad hunc effectum consequendum tria sunt præmittenda, & à Studiis observanda.

Primum est, quòd appellatione indissolubilitatis Matrimonii intelligenda venit solutio illius vinculi, quo conjuges ad invicem colligantur, & obligati sunt ad recipiendam unionem, & propriorum corporum traditionem ad finem prolis procreandæ, prout dictum est supra Decif. II. num. 8. ubi definitum fuit, Matrimonium esse vinculum indissolubile inter Marem, & Femina; quia perpetuum est, & durat usque ad mortem; in quo quidem vinculo indissolubili diximus ibi n. 12. consistere totam essentiam Matrimonii in facto esse: cum enim ad incedum Matrimonium tria debeant ipsi conjuges contribuere, consensum suum internum, ejusdem consensus manifestationem, & perpetuam propriorum corporum recipiendam obligationem, ac subjectionem; prima duo, (consensus scilicet, ac ejus externa manifestatio) transeunt; ipsa

verò obligatio, quæ appellatur Vinculum, semper permanet; & idè hoc vinculum dicitur indissolubile, quia importat jus perpetuum utriusque conjugis in alterutrum, ac in utroque perpetuam subjectionem, & ligamen; de quo tamen ligamine, ac vinculo videndum est, quò Jure sit indissolubile; & an dari possint casus, in quibus solvatur, adeò ut non conjugum, altero vivente, possit cum tertio contrahere Matrimonium?

Secundum præmissum est, quòd Matrimonium dupliciter consideratur, vel tamquam simplex contractus, vel tamquam contractus, ac Sacramentum simul, ut docuimus in prima Decisione hujus tractatus num. 1. & num. 13. Sub ratione simplicis contractus veniunt omnia Matrimonia Infidelium, quales sunt Pagani, Judæi, & Turcæ; horum enim omnium connubia non attingunt dignitatem Sacramenti, sed remanent in qualitate civilis contractus; ut demonstratum est in Decif. IV. à num. 8. Et seqq. ubi examinavimus, utrùm ante Legem Evangelicam Matrimonia in omnibus nationibus essent Sacramenta? Et conclusum fuit, quòd non; tum quia Matrimonium elevatum est ad esse Sacramenti à Christo Domino; tum etiam quia Baptismus est janua aliorum Sacramentorum; & qui non est baptizatus, nullum aliorum Sacramentorum recipere potest, & per consequens neque Sacramentum Matrimonii; quòd à solis Christianis percipitur, ut latè tradit Matrus in 4. Sent. tom. 4. disp. 7. num. 27. Et 28. Eminent. Card. de Laurea de Matrim. disp. 13. art. 7. Et 8. ac doctissimi Salmanticenses ead. trad. de Matrim. cap. 4. num. 1. ubi advertunt, adeò esse necessariam Baptismi susceptionem, ad recipiendum Sacramentum Matrimonii, ut non sufficiat Fidei Christiana professio; idèrò si Catechumeni contrahant Matrimonium, solum contractum efficiunt, Sacramentum autem minime recipiunt. Igitur tantummodò Christiani, qui sint baptizati, dum contrahunt Matrimonium, perficiunt contractum simul, ac Sacramentum; & sic Matrimonia tantummodò Christianorum sunt Sacramenta; accipiendo hoc nomen proprie, ac strictè, quatenus denotat septimum Ecclesie Sacramentum, ut plene exposuimus in d. Decif. IV. num. 15. cum Canonistis, ac Theologis ibi allegatis.

Tertium præmissum est, quòd Matrimonia Christianorum alia dicuntur Rata, alia verò Consummata. Matrimonium Ratum illud est, quòd initum fuit à duobus fidelibus inter se, servatis servandis, juxta Ratum Sanctæ Romanæ Ecclesie, per verba de præfenti coram proprio Parocho ac testibus, sed inter eosdem contrahentes nulla copula maritalis intercessit; & talia fuerunt Matrimonia illorum Sanctorum conjugum, qui concorditer castè vixerunt, & per nos relatè fuerunt supra in Decif. II. n. 16. prout etiam Matrimonium, quòd intercessit inter DEIPARAM, ac Sanctum JOSEPH quod verum, & perfectum fuisse, Ratum tamen solummodò, comprobavimus in Decif. III. num. 18. Consummatum verò Matrimonium dicitur illud, in quo conjuges copulam maritalem simul expleverunt, postquam Matrimonium ratum inter se contraxerunt; nam si simul copulam habuissent antequam contraherent, & obligati contracto, non diceretur Matrimonium consummatum absque nova copula; sed tantummodò ratum; ut docet Perez de Matrim. disp. 20. sect. 6. num. 1. & Gobatus tradit. 10. num. 690. quomovis favore prolis, quæ concepta foret ante contractum, diceretur Matrimonium consummatum ad effectum, ut ipsa legitima haberetur, juxta textum in cap. Tanta. Qui filii sint legitimi, ut advertit Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 21. num. 13. & Castropalaus disp. 3. punct. 2. num. 1. Cæterum plura dubia circa veram Matrimonii consummationem promovent Theologi. Primum est, An sufficiat penetratio vasis feminei per virile instrumentum, ad hoc ut Matrimonium dicatur consummatum,

8 summatum, etiamsi maritus non seminaverit intra illud? Circa quòd DD. respondent negativè in foro poli, affirmativè in foro fori. Non est consummatum in foro poli, seu quoad conscientiam, quia requiritur illa copula, quæ sit apta ad generationem, & per quam ipsi conjuges fiant una caro, ad representandam unionem hypostaticam Christi cum natura humana in Incarnatione, in qua Deitas, & Humanitas unitæ sunt inseparabiliter in una, ac eadem persona ipsius Christi. Sed talis non est copula, in qua Vir non seminat, cum absque virili semine generatio fieri non possit, nec conjuges dici valeant una caro. Ergo sola penetratio Vasis non facit Matrimonium consummatum in foro poli, nisi detur effusio seminis intra illud. cap. Lex. 27. quest. 2. cap. 2. de Convers. Conjugat. S. Thomas in 4. dist. 41. quest. 1. art. 1. questio. 4. ad 2. S. Antonius 3. part. tit. 1. cap. 11. anti. 9. 1. & alii, quos citat Leander de Matrim. trad. 9. disp. 5. quest. 28. Aliter tamen dicunt in foro fori, quia in eo non creditur Vir offerenti, se non seminasse; quia, attenta penetratione Vasis, præsumitur seminat; nam id factum præsumitur, quòd frequenter contingit, ac fieri solet. Sanchez de Matrim. disp. 21. num. 8. & Salmanticenses d. cap. 4. de Matrim. num. 3. ubi subdunt, quòd si prædictus maritus ad penitentiam agendam vellet Religionem ingredi, & in ea profiteri, postet Uxor eum impedire ob dampnum passum, & Virginitatem deperditam: ipso tamen in Religione proficente, Matrimonium remaneret nullum; & mulier, tuta conscientia posset alteri nubere, quòd est notari dignum.

Secundum dubium est: An censetur Matrimonium consummatum, si Vir Vasis Uxor penetrat, ac seminat; non etiam ipsa? In hoc duplex est opinio Doctorum: alii enim afferunt, esse consummatum. Ita Sanchez d. disp. 21. num. 11. Basilius Pontius de Matrim. lib. 9. cap. 20. n. 1. Henriquez cap. 15. n. 3. & Bonacina ead. trad. quest. 3. punct. 12. n. 12. Horum ratio est, quia ad consummandum Matrimonium sufficit illa copula, quæ factis est ad procreandam prolem. Sed ad huius procreationem sufficit semen Viri, etsi mulier non seminat, ut tenet Aristoteles lib. 1. de Generat. cap. 19. quem citat, sed reprobat Zacchias in Q. Medicolegal. tom. 1. lib. 7. sit. 3. quest. 1. à num. 17. Et seqq. & Aristotelem sequitur ex Theologis S. Thomas in 3. p. quest. 31. art. 3. Alii tamen negant, tenentes, quòd quantumvis Vir seminat, nisi etiam Uxor cum eo semen fundat, Matrimonium non potest dici consummatum, quia constans est Medicorum doctrina, quòd semen semineum necessarium est ad generationem unà cum semine Viri, ut demonstrat Zacchias d. quest. 1. à num. 19. Et seqq. & idem sentire videtur etiam S. Thomas in 4. dist. 41. quest. 1. art. 1. questio. 4. ubi ad 2. ita scribit: Vir, & Mulier efficiuntur una caro per commixtionem seminum: Undè quando quisque alter claustra pudoris frangat, nisi mixtio seminum sequatur, non contrahitur affinitas. Quam quidem rationem allegat etiam S. Bonaventura in 4. ead. dist. 41. quest. 1. & Durandus ibid. quest. 1. art. 1. num. 7. Sylvester Verb. Matrimonium. 8. quest. 15. & alii, quos cumulat Diana part. 3. trad. 5. resol. 19. Et d. part. 3. trad. addition. resolut. 21. quæ in ejus Coordinato opere habentur tom. 2. trad. 6. resol. 237. Et resol. 238. Fulcitur hæc opinio negativa ex doctrina Cajetani in 2. 2. quest. 154. art. 12. Suarez in 3. p. qu. 32. art. 1. disp. 10. sect. 1. & aliorum scribentium semen mulieris esse omnino necessarium unà cum semine Viri ad procreationem prolis. Collegium Salmanticense, à quo utraque opinio refertur d. cap. 4. de Matrim. num. 5. Et 6. tenet, tam affirmativam, quam negativam esse probabilem ob prædictas rationes: sed ego puto hoc dubium esse mere speculativum, & metaphysicum, & de quo nequaquam aqi possit in praxi; quis enim sententiaret, licitum esse ingressum viri in Religio-

nem, vel mulieris in Monasterium ad dissolvendum Matrimonium tamquam Ratum, & non consummatum, ubi uterque conjux fateretur copulam maritalem inter eos sequutam, ac seminationem viri in Vase Uxoris; ipsa verò exciperet, dicendo, at ego non seminavi? Deservire posset hæc disputatio pro foro conscientia; ubi de facto initum fuisset secundum Matrimonium, credita solutione primi, tamquam rati, & non consummati, per ingressum unius ex iidem primis conjugibus in Religionem; vel si ageretur de tolerando secundo Matrimonio contrao cum affine primorum conjugum; eo quia ob non seminationem mulieris cum Viro, in foro conscientia orta non fit affinitas cum ejus consanguineis, juxta doctrinam D. Thomæ requirentis mixtionem seminum ad contrahendam affinitatem in 4. d. dist. 41. q. 1. art. 1. questio. 4. ad 2. Supra.

Tertium dubium est: Utrum dici debeat Matrimonium consummatum, si Uxor recipiat semen Viri in utero suo, non per penetrationem Vasis ab ipso Viro factam; sed vel per immisionem damonis, vel per attractionem ab eadem Uxore factam tamquam effusum ad labia ejusdem Vasis? cum utrumque esse possibile doceant DD. quos citavi in meis Decisionibus de Baptismo Decif. 49. num. 5. & ex Aristotele, Galeno, & aliis Medicis demonstrat Zacchias in suis Q. Medicolegal. tom. 1. lib. 3. tit. 1. quest. 8. nec non tom. 2. lib. 10. consil. 42. à n. 1. Et seqq. ubi tamen n. 6. amplectitur opinionem negativam. Et equidem pro consummatione Matrimonii sicut Sanchez d. lib. 2. de Matrim. disp. 21. num. 2. ubi DD. ob illam rationem, quòd conjuges per commixtionem seminum factam sunt una caro. At pro non consummatione scribit Basilius Pontius ead. tr. lib. 9. cap. 20. num. 9. & alii apud Dianam Coordinatum tom. 2. trad. 6. resol. 237. 9. 2. quæ in Veteri opere inordinato habetur part. 3. trad. 5. resol. 19. Inquentes, ad consummandum Matrimonium requiritur conjunctionem corporum utriusque conjugis; quæ fit per actualem copulam, & Vasis pudoris penetrationem. Utramque opinionem probabilè esse ait Salmanticenses, quibus tamen magis placet, in hoc dubio, si unquam in praxi accideret, (quod vix fieri posse credo; quia, ut ait Zacchias d. conf. 42. num. 6. Seminis tenuissimi spiritus ne per momentum quidem possunt in aere externo conservari) Matrimonium censeri consummatum. Ita in d. trad. 9. ac Matrim. cap. 4. num. 4.

Quartum tandem dubium est, An Matrimonium ratum censetur consummatum, si Maritus per vim, & metum extorqueat copulam ab Uxore; coeundo cum eadem reluctante, & ipsam per violentiam cognoscendo? Et responso est affirmativa; quia copula, ex qua resultat affinitas, & per quam conjuges fiunt una caro, consummat Matrimonium, sed ex copula prædicta, etsi violenta, affinitas resultat, & unitas carnis, ut habetur in cap. Debitum, De Bigam. & in cap. Discretionem, De eo, qui cognovi. consanguini. Ergo per eam Matrimonium consummatum est. Ita Castropalaus de Matrim. disp. 3. punct. 2. n. 2. Sanchez eodem tradit. lib. 2. disp. 22. numer. 4. Leander, Ledesma, & alii concepti per eosdem Salmanticenses d. cap. 4. num. 8. qui propterea inferunt tria notata digna. Unum est, quòd maritus extorquens copulam per vim ab uxore intra bimestre, peccat mortaliter, eadem uxore reluctante, & dicente, se velle deliberare circa Religionem eligendam; facit enim ei injuriam; secus si transactum esset bimestre, quia tunc maritus utitur jure suo in maritali copula petenda, ac exercenda. Alterum est, quòd Uxor prædicta, etsi dehorata, potest convolare ad Religionem invito Viro; ut tenent contra Sotum, & alios Sanchez d. lib. 2. disp. 22. num. 6. Bonacina quest. 3. punct. 4. n. 8. & alii, quos citant, & sequuntur Salmanticenses d. cap. 4. n. 10. eam

eam allegantes rationem, quia Uxor non debet in iure iure suo ipsa; & marito potestatem non potest dolus, & fraudis, quibus copulam extorfit intra bimestre. Tertium vero notabile est, quod per dictum ingressum Uxor in Religionem non solvit vinculum Matrimonii; sed illud remanet illatum, adeo ut separatio horum conjugum fiat quo ad thorum tantum, & habitationem, ablata omni habilitate ipsi Viro contrahendi novum Matrimonium cum alia muliere, donec vixerit prima Uxor; prout practitari solet, quando maritus incidit in crimen adulterii, vel hæresis, quo casu Uxor potest ab eo discedere, ac separari quo ad thorum, & habitationem; non quo ad vinculum Matrimonii, ut bene advertunt idem Salmanticenses d. cap. 4. num. 10. & DD. ibi allegati.

Sed dicit aliquis: Quid Juris si e converso Uxor intra bimestre per vim, & metum cogeret Maritum ad se carnaliter cognoscendam, & maritali copulam cum eo consummandam? Respondetur, raro posse hunc casum accidere; quia mulieres de facili possunt per violentiam desolari: undè Virgo S. Lucia iudici hanc vim ei minanti respondit: *Si me vitam feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* At Viro cogere ad carnalem copulam in viros explendam, non videtur factibile, quia Vir si verè nolit libidinofum illum adlum exercere, nunquam ab eo invito actus ille reportabitur. Eximium est exemplum, quod narrat Spondanus Ann. 213. Annalib. ad Annum 253. num. 112. de quodam Juvene christiano, quem nudum, & alligatum in molli lecto cum aggressa esset meretrix, ac oculis & impudicis tactibus ad se carnaliter cognoscendam provocaret; impotens eam manibus repellere, linguam dentibus sibi resistam cum magna sanguinis copia in ejusdem meretricis faciem expuit; quo facto deturpata, ac confusa auferit; & Juvenem illum pudicum absque ulla luxuriæ labe reliquit. Cæterum si daretur casus, quod maritus per vim, & metum cogere ad carnalem copulam cum Uxore intra bimestre à die Matrimonii rati habendam; vel per fraudem cum ebrietate, ut fecerunt filiae Lot cum patre suo, quem inebriaverunt, & sic carnaliter cum eo dormiente coiverunt, ut habetur Genes. 19. 33. possit utique maritus ab ea recedere, & in Religionem profiteri, & in soluto tamen Vinculo Matrimonii remanente, ob consummatum Matrimonium, & facta inhabili ipsa Uxore ad nubendum alteri, donec primus maritus in humanis viveret, ex doctrina eorumdem Salmanticensium d. cap. 4. num. 10.

Hic ita præmissis devenientes ad materiam indissolubilis vinculi matrimonialis; quamvis plures hæretici negaverint hanc indissolubilitatem, & voluerint Matrimonium pro libito conjugum posse dissolvi etiam quoad vinculum; ut antiquitus docuerunt Montanista, & ultimis temporibus repetierunt Lutherani, & Calvinistæ, ut notat Emin. Card. de Lauræa de Matrim. disp. 16. num. 4. veritas tamen Catholica est, quod Matrimonii vinculum est indissolubile, & perpetuum, si verè consideretur ad Sacramentum, si verè ad simplex contractum; prout testantur Sacri Canones in c. Uxque adeo, in c. Tantum; cum alii sequentibus, 22. q. 7. & responderunt Summi Pontifices in capis Quæst. 30. quæst. 5. in cap. Scriptis, 27. q. 2. in c. Lotharius, 31. q. 2. ac Bonifacius Papa VIII. in c. Unico. De Voto in 6. ubi expressè dicit, quod Matrimonium erat insolubile etiam antequam esset Sacramentum; & concordat Concilium Tridentinum sess. 24. in doctrina de Sacramento Matrimonii. cap. 1. his verbis: *Matrimonii perpetuum, indissolubileque nexum primus humani generis parens, dicitur Spiritus infans, pronuntiavit, cum dixit: Hoc nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea, quam ego relinquet homo patrem suum, & matrem, &*

*adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una, Hoc autem vinculo duo tantummodo copulati, & coniungi, Coristus Dominus aperit docuit, cum postrema illa verba tanquam à Deo prolata reverens dixit: Itaque jam non sunt duo, sed una caro; statimque ejusdem nexum firmitatem, ab Adam tantò ante pronuntiata, his verbis confirmavit: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Itaque vinculum Matrimonii fuit semper indissolubile ab origine Mundi; & à primo parente Adam per subsequentia sæcula usque ad Adventum Christi, qui eamdem indissolubilitatem, ac perpetuitatem nexum ipsius confirmavit; ait enim Matth. 19. 9. *Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit Uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur; & qui amissionem duxerit, mæchatur. Ideoque dixisse refertur S. Marcus c. 10. Vers. 11. ibi: Et ait illis, quicumque dimiserit Uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si Uxor dimiserit Virum suum, & alii nupsit, mæchatur. Et S. Lucas 16. 18. ibi: Omnis, qui dimittit Uxorem suam, & alteram ducit, mæchatur; & qui amissionem à Viro ducit, mæchatur. Et hanc eandem perpetuitatem, atque indissolubilitatem vinculi Matrimonialis prædicavit Apostolus Paulus, ut habetur in 1. ad Corinthios. 7. 10. in illis verbis: *Ita autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, Uxorem à Viro non discedere; quæ si discesserit, manere inuuptam, aut Viro suo reconciliari. Et Vir Uxorem non dimittat. Aduo ut nefas sit asserere, Matrimonii vinculum esse solubile, vel non esse, ac semper non fuisse perpetuum, ut ex doctrina Scoti in 4. dist. 26. & S. Thomæ disp. 27. q. 1. art. 2. & ex pluribus Conciliis, ac SS. Patrum testimoniis demonstrat Emin. Card. de Lauræa dist. disp. 16. de Matrim. à n. 7. & seqq. & latè Salmanticenses eod. tract. d. cap. 4. dub. 1. à n. 11. ubi hanc veritatem pluribus fulcunt auctoritatibus.***

Stante igitur hac indissolubilitate vinculi matrimonialis, quaerunt Theologi, quo iure ipsa sit annexa, & inserta eidem vinculo, ita sit perpetuum, & indissolubile? In quo quæsto multi multa dixerunt; alii namque opinati sunt, eam provenire à solo Jure Pontificio, ut ait Glossa in cap. Es publico, Verb. Consummationis, De Convers. Conjugat. quam sequitur Medina lib. 5. cap. 89. Alii à solo jure divino. Ita Adulenti 1. Regum capit. 8. quæst. 97. & quæst. 103. ac etiam qu. 112. & cum eo Hispanensis disp. 27. q. 1. art. 2. Alii à solo jure naturali, ut tenet Scotus in 4. dist. 26. q. 1. unic. sub E. & F. non tamen rigorose, ut primario; sed consensu, secundario, seu directivo, ut explicat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrim. art. 3. num. 29. Alii quod à Jure positivo, & à Jure naturali simul; à neutro autem horum separato, ut differunt Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 13. num. 7. & alii, quos citat Coninch. disp. 26. dub. 2. num. 11. atque Trullench. lib. 7. cap. 4. dub. 1. num. 3. Sed his omnibus opinionibus omnibus verior, ac probabilior est illa S. Thomæ in 3. p. q. 67. art. 1. & in 4. sentent. dist. 33. q. 2. art. 1. videlicet indissolubilitatem inesse Matrimonio tum ex jure Divino, tum ex jure naturali, & hanc opinionem amplectuntur Eminen. Card. Bellarminus lib. 1. de Matrim. cap. 12. Pontius eod. tract. lib. 1. cap. 12. & 13. Bonacina quæst. 2. punct. 11. num. 2. Castropalaus disp. 3. punct. 2. num. 6. & alii, quos allegant, & sequuntur Salmanticenses d. tract. 9. de Matrim. cap. 4. num. 16.

Probatur hæc opinio quoad Jus Divinum: Primò quia verba prolata ab Adamo Genes. 2. 24. *Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una; Christus Dominus reulit dicta à Deo per os ejusdem Adami, dum Matth. 19. 6. inquit: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Ergo à Deo, & ex eius præcepto divino promanat indissolubilitas vinculi*

Ma-

Matrimonialis, per Adam ex Dei inspiratione publicato; ut etiam statutum est in Concilio Tridentino d. sess. 24. de Matrim. c. 1. in prin. ibi: *Matrimonium perpetuum, indissolubileque nexum primus humani generis parens Divini Spiritus infans pronuntiavit, cum dixit: Hoc nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea; quam ob rem &c. Probatur secundo; quia idem Christus Dominus ubi supra Matth. 19. 8. Pharisæis afferentibus esse licitum repudium Uxorum respondit: *Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras; ab initio autem non fuit sic; quia scilicet Deus indixerat Adamo, & posteris eius perpetuitatem, & indissolubilitatem Matrimonium. Probatur tertio ex Verbis Apostoli 1. Cor. 7. 10. *Ita autem, qui Matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus; Uxorem à Viro non discedere; quæ si discesserit, manere inuuptam, aut Viro suo reconciliari.* Si ergo Dominus ita præcipit, indissolubilitas Matrimonii est ex præcepto Divino. Probatur quarto per cap. Unico. De Voto in 6. ubi expressè dicitur, Matrimonium esse à Deo institutum, & ab eo acceptis indissolubilitatem; quam propterea à Jure Divino, & ex Dei præcepto procedere fasè probat supradictis, ac aliis rationibus, & fundamentis Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. art. 4. per totum, & Salmanticenses d. cap. 4. dub. 1. à num. 11. & seqq. Probatur quinto ex elevatione ad statum Sacramenti, quam Christus Dominus fecit de simplici Matrimonio contrahendo, siquidem, ut scribit Salmanticenses d. cap. 4. num. 27. familiæ est omnibus Sacramentis, quod in eis assignaverit Christus Dominus pro materia id, quod agnum sit ad significandum quod intendebat, ut in Baptismo abluentione corporis ad significandam abluentionem animæ; in Eucharistia panem, & vinum ad innuendam spiritalem animæ nutritionem &c. Sic in Matrimonio ad significandum indissolubilem nexum, quem habet Christus cum natura humana per Incarnationem, & per gratiam, & charitatem cum tota Ecclesia, assignavit huic Sacramento pro materia contrahendum ab intrinseco indissolubilem, ac perpetuum; cujus indissolubilitatem, ac perpetuitatem auctoritate sua Divina confirmavit, constituens illum in esse, ac in ratione Sacramenti, ut in cap. Quanto de Divortis. Et Eminen. Card. de Lauræa d. disp. 16. num. 23.**

Quod autem etiam ex jure naturali procedat indissolubilitas Matrimonii probatur Primò; Quia illud est de Jure naturali, quod natura bene instituta accepit in sui principio. Sed in principio mundi, quando creati sunt Protoplastæ, & summe esset sortita est natura, Matrimonium factum sui inseparabile, & indissolubile, ut ex verbis Christi constat Matth. 19. 6. Ergo indissolubilitas est de Jure nature. Probatur Secundo: De Jure nature est, quod homo Deo non contrarietur, ut ait S. Thomas d. part. 3. q. 67. in corp. art. 1. Sed homo esset contrarius Deo, si separaret conjuges, ac dissolveret Matrimonium, quod ipse Deus voluit esse insolubile. Ergo hæc indissolubilitas est de Jure nature. Probatur Tertio: Sicut de jure nature est procreatio proliis humanæ, ita est ius juris instructio, & bona educatio ipsius proli. Sed ad hanc instructionem, & bonam educationem à genitoribus faciendam opus est, ut ipsi parentes simul cohabitent, & commanent; nam, ut scribit S. Thomas lib. 3. contra Gentiles: cap. 123. col. 3. *In specie humana proles non indiget solum nutritione quantum ad corpus, ut in aliis animalibus, sed etiam instructione quantum ad animam: nam alia animalia habent naturaliter suas prudentias, quibus sibi providere possunt: homo autem ratione vivit, quem per longi temporis experimentum ad prudentiam pervenire oportet; unde necesse est, ut sibi à Parentibus quasi jam expertis instruantur.* Igitur de jure nature est, ut Matrimonium sit insolubile, ac perpetuum; ut

conjuges possint continò filios, ab eis genitos; instruere, & bene educare. Probatur Quarto: Si Matrimonium non esset insolubile de Jure naturali, eodem jure licita esset fornicatio, & vagus concubitus: Sed hic, & illa prohibita est eodem Jure, & ideo in Deuter. cap. 23. n. 17. dicitur: *Non erit Meretrix de filiabus Israel, neque Scriptor de filiis Israel.* prout etiam Tob. 4. 13. *Attende tibi à fornicatione; nec non 1. Cor. 6. 18. Fugite fornicationem.* Ergo perpetuitas, & insolubilitas Matrimonii est de Jure nature. Probatur Quintò: quia naturale est, ut parentes diligant terrimè filios suos; & ex hoc fit, ut censeantur plus diligere eosdem filios, quam seipsos, & nullus sit amor, qui paternum vincat. *Iti quidem.* ff. Quod metus causa. l. fin. C. de Curat. juris, unde scriptum reliquit Baldus in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul. quod Pater potius cupit ipse mori, quam mortuarius filius; & idem repetit Mare. Mantus. Nob. Patavinus in conf. 41. num. 15. tom. 1. Ergo sicut talis amor est à natura; sic insolubilitas Matrimonii, in quo filii generantur, est ejusdem Juris naturalis. Probatur Sextò; quia præstare alimentum filiis obligati sunt genitores de Jure naturali. l. 1. §. Jus naturale, ubi DD. ff. de Jusf. & Jur. Sed hæc obligatio adimpleri non potest, si parentes ad invicem diverterent, & in perpetuum non converterent; ac in Matrimonio indissolubilitate non flarent. Ergo hæc indissolubilitas est de Jure nature. Probatur Septimò; quia à natura venit, ut filii repræsentent suos genitores, & horum similitudo conservetur in filiis; unde ut plurimum filii sunt similes Patri in facie. Sed hæc similitudo, & repræsentatio haberi non potest, si Matrimonium esset solubile, & Mater cognosceretur carnaliter modò ab uno, modò ab alio. Ergo insolubilitas Matrimonii est à natura. Probatur Octavo; quia naturale est in parentibus, ac hominibus, qui filios ex Matrimonio susceperunt, thesaurizare pro ipsis, ut ait S. Thomas d. p. 3. q. 67. art. 1. & eosdem relinquere hæredes suarum facultatum. l. Cum Avus, ff. De Conditionib. & demonstrat. l. Cum acquirissent, C. de Jaccom. l. Si unquam, C. de Revocan. donat. Emmanuel Gonzalez in cap. Nuptar. n. 8. De donat. inter Vir. & Uxor. tom. 4. adeo ut, si pater in suo testamento silium præterierit, ac non instituerit hæredem, dicatur operari contra naturam. Rota part. 4. recens. Decif. 25. num. 11. tom. 2. Sed ad sic faciendum necessaria est Matrimonii indissolubilitas, nam ea ablata, non daretur successio filiorum ad divitias, facultates, ac possessiones parentum. Ergo ipsa censenda est de Jure nature; prout ita censent S. Thomas in 4. dist. 33. q. 2. art. 1. & in 3. p. 4. q. 67. art. 1. atque alii Theologi citati supra num. 24. in fin. quibus additulator Gonetus de Matrim. disp. 5. art. 1. num. 4. qui sub num. 7. addit hanc aliam rationem, quod natura requirit, ut proles habeant certitudinem Patris, & hæc deficeret si Matrimonium non esset insolubile, & mulier posset cognosci carnaliter à pluribus Viris. Ergo insolubilitas prædicta est etiam de Jure nature; ut docent etiam Emin. Card. de Lauræa de eod. Sacram. Matrim. disput. 16. à num. 38. & seqq. Layman lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 1. num. 2. atque Azorius tom. 1. lib. 6. cap. 1. quæst. 3.

Sed contra prædicta insurget aliquis, & obijciendo ita argumentabitur. Primò; Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit lib. 1. §. Jus naturale. ff. de Jusf. & Jur. Imperator Justinianus in Inst. lib. 1. tit. 2. in prin. Sed non omnia animalia servant indissolubilitatem conjugii; quia, ut experientia docet, tam in volatilibus, quam in quadrupedibus eorum concubitus est vagus, ac liber. Ergo dicta insolubilitas dici non potest de Jure nature. Secundo: non solum animalia irrationabilia, sed necque plures homines eandem insolubilitatem servant; nam Gentiles, Pagani, atque Mahometani, & alii infideles dimit-

dimittunt uxores ad beneplacitum; & cum aliis contrahunt Matrimonium; prout fecisse legitur Regem Affuerum, qui dissolvit Matrimonium antea contractum cum Regina Vasthi, & de novo contraxit cum Esther Virgine Judæa, Nepte Mardocheæ, ut habetur in ejus *libr. Esther. cap. 1. num. 19.* Imò multo ante ipse Abraham dimiserat Agar Uxorem suam cum filio Ismaele, quem ex ea genuerat; & multo post Romani repudium Uxorum deduxerant in praxi, eas dimittentes, ac vinculum Matrimonii solventes, ut testatur Valerius Maximus *lib. 2. capit. 3. tit. de Repud. factitium* ad Spurio Carbilio, qui Uxorem sterilitatis causa repudiavit; quod notavit etiam Lestus in 3. p. D. Thom. De Sacramento Matrimonii cap. 5. *Dub. 2. num. 90.* & Gonet. d. disp. 5. num. 23. *Tertio*; & multo magis dissolubilitas nexus conjugalitatis prædicata à Judæis, quibus licitum semper fuit dare uxoris suis libellum repudii, & alias ducere, ut in *Deuteronomio. cap. 24. num. 1.* Quarto: imò etiam inter Christianos videtur hæc eadem solubilitas conjugii deducenda ad praxim, ut de Constantino Imperatore filio Irenes scribit Emin. Card. Baronius *Anno 788.* De Michaelæ III. pariter Imperatore, qui hæc de causa expulit S. Ignatium Patriarcham, cui successit Phocius, *Anno 818.* De Lothario Franchorum Rege *Anno 862.* & de aliis, ex quibus exemplis inferitur, insolubilitatem vinculi Matrimonii non posse dici esse de Jure naturæ; atque axiomaticam veritatisimam, quod Jura naturalia sunt immutabilia. *1.* *Jura sanguinis; & ibi Decius de Reg. Jur. S. fin. In fin. De Jure natur. gent. & civil.*

His tamen minimè obstantibus, constans est conclusio, quod nexus conjugalitatis est indissolubilis etiam de Jure naturæ; & ideo respondetur ad Primam objectionem, quod Jus naturale bifariam accipitur, itaque aliud dicitur primarium, aliud vero secundarium. Jus naturale primarium est illud, quod commune reperitur tam hominibus, quam cæteris animantibus; quibus ex solo instinctu, & inclinatione nature indicitur pro proprii individui conservatione; ut seipsum diligere, sese custodire, declinare ea, que nocitura videntur, vim repellere, querere, & parare ad vitam necessaria, sui simile procurare; & id genus alia, de quibus Antonius Pichardus in *Commentar. Institut. lib. 1. tit. 2. num. 4.* Jus vero Naturale secundarium est illud, quod in sola naturali ratione conquiescit, & convenit tantum hominibus, qui ab eadem natura edocentur ea, que rationabiliter sunt vel faciendæ, vel evitandæ; videlicet Religionem erga Deum, amorem erga parentes, & patriam, obligationem antidotalen, id est ut benefacientibus beneficiamus, pactum observantiam; ut honestè vivamus, alterum ne lædamus, jus solum ut cuique tribuamus, & alia similia, que lumine naturali cognoscuntur ab hominibus esse rationi consona, & per ipsam naturam indicata, ac præcepta; & hujusmodi esse perpetuas necessitates Matrimonialis, quia Jus naturale (ut supra dictum est) docet non solum procedere prolem, sed eam bene educare, & instruire per totam vitam, ac eidem hæreditatem paternam, ac maternam relinquere; ad que omnia peragenda, oportet, quod Matrimonium sit insolubile; ut Maritus, & Uxor simul conviventes usque ad mortem possint hinc præcepto Juris naturalis erga filios satisficere. Igitur cessat objectio, quod animalia irrationalia non servant insolubilitatem conjugii, etsi capacia sint Juris naturalis, nam eorum capacitas se extendit tantummodo ad Jus naturale primarium, non autem ad secundarium, quod spectat ad solos homines rationis usum habentes; qui à natura docentur vivere in Matrimonio inseparabiliter usque ad mortem. Jus autem illud primarium dicitur potius impetus naturæ, affectus, & inclinatio, quam Jus, ut notat Laurentius Vallæ *lib. 4. elegant. Myningerus*, atque Pichardus *dif. iii. 2.* in princ. tituli, num. 4. Secundæ,

Tertiæ, ac Quartæ objectionibus dabitur resolutio in Decisionibus sequentibus.

DECISIO VIII.

ARGUMENTUM.

Contra indissolubilitatem Matrimonii, quam esse diximus etiam de Jure naturali, adducuntur exempla antiquorum, à quibus eorum Conjugia fuerunt soluta, & Uxores repudiatæ; nempe Agar ab Abrahamo, Philisthæa à Sampsonem, Michol à Davide; Vasthi à Rege Assuero, & plurimæ aliæ à Romanis; simulque à Sinenibus, ac à Turcis. Responderetur ad prædicta Exempla, & ostenditur, ea nihil concludere pro Matrimonii solubilitate etiam de Jure naturæ. Tandem quaeritur, & resolvitur, An Matrimonia Infidelium, cum facultate repudiata, sint valida? Et An sic contrahentes peccent.

SUMMARIUM.

- 1 Agar Uxor Abrahami ab eo dimissa; & repudiata.
- 2 Sampsonis Uxor Philisthæa illum repudiavit, & alteri nupsit.
- 3 Michol filia Saulis, & Uxor Davidis, eo relicto, nupsit Phalthiel.
- 4 Assuero Rex, soluto Matrimonio per repudium Regine Vasthi, duxit Esther in Uxorem.
- 5 Assuero Rex quis fuerit?
- 6 Repudiata Uxorum, ac solutionem Vinculi Matrimonialis permittit Jus Civile Romanorum.
- 7 Repudiata Uxorum apud Romanos alia cum causa, alia sine causa.
- 8 Mima Uxor Antonii repudiata ex Cicerone.
- 9 Clævus domus datæ Uxoribus in Matrimonio, ablatæ in repudio.
- 10 Repudium Uxoris, que non velato capite exiverat domo.
- 11 Alterius, que secretò loquebatur cum quadam liberrina.
- 12 Unius, que ad Ludos spectandos accesserat.
- 13 Domitia repudiata à Domitiano Imperatore.
- 14 Thuriis habebant Legem de repudio Uxorum.
- 15 Ubi esset istorum Civitas?
- 16 Clodia, Cæcilia, Scribonia, & alia Matrone Romanæ repudiata à Maritis.
- 17 Nati humilitatis causa repudiandi Uxorem ex Juvenali.
- 18 Sinenfes, ac alii Indiani solent repudiare Uxores.
- 19 Mahometani, ac Turcæ repudiant pro libito Uxores.
- 20 Natura repugnat solutioni Matrimonii ante mortem.
- 21 Agar fuit dimissa ab Abrahamo quoad thorum, non quoad vinculum.
- 22 Et ex Dei commissione; cujus providentia Abraham fuit.
- 23 Ismaeli, & ejus Matræ Agar necessaria misit Abraham in Desertum.
- 24 Sinagoge repudium significatum in repudio Agar.
- 25 Sampsonis Uxor ab eo diverit jussu Patris sui Pagani.
- 26 Hebræis prohibitum erat ducere Uxores alienigenas.
- 27 Genitorum contra voluntatem Matrimonia iniata à filiis infelicia.
- 28 Sampsonis sacer an licitè ejus Uxorem alteri maritarit?
- 29 Societates cum infidelibus, & hereticis infelices.
- 30 Saul ex odio contra David dedit alteri in Uxorem filiam suam Micholeam.

31 David

- 31 David dimissus per fenestram ab Uxore Michole, ut eum salvaret.
- 32 Micholis Matrimonium cum Phalthielo nullum.
- 33 Michol an peccaverit nubens Phalthielo jussu Regis Saulis?
- 34 Sacramenta simulare non licet, neque metu mortis.
- 35 Matrimonium simulare licet ob gravem metum. Et cur?
- 36 Ebrietatis judicium rationis offuscatur.
- 37 Vasthi Regina an jussu recusaverit accedere ad Assuerum?
- 38 Romani in multis contra legem naturæ agebant.
- 39 Philosophi, qui cognoverunt Unum solum Deum esse.
- 40 Romani Idolis suis Vicimas humanas sacrificabant.
- 41 Luxuria Paganorum, & Turcarum offuscatur eis lumen naturæ.
- 42 Infidelium Matrimonia an sint valida?
- 43 Distinctione solvitur dubium.
- 44 Infideles an peccent, dum repudiant Uxores.

Altera objectio, in præcedenti Decisione sub num. 35. facta ad impugnandum, quod indissolubilitas Matrimonii sit de Jure naturali; fundatur in eo, quod plures nationes hominum usque ab antiquissimis temporibus, etsi lumine naturali ditatæ, & secundum Jus naturæ viventes prædictam indissolubilitatem non servabant, sed quodcumque sibi placebat, nexum Matrimoniale solvebant, Uxores suas dimittentes, ac alias sibi copulantes, prout ex sequentibus Historiis, Scripturis, & Exemplis.

Primo ex factò Abrahami; qui attentata sterilitate Sarae Uxoris suæ accepit sibi in Uxorem etiam Agar Ægyptiam, ut legitur *Genes. 16. 4.* ibi: *Tullius (Sara) Agar Ægyptiam ancillam suam, & dedit eam viro suo (Abrahamo) uxorem; qui ingressus est habens Saram Uxorem, accipere etiam Agar, & cum eadem Matrimonium contraxit? explicabimus infra in Decif. XXII. in qua de Impedimento Ligaminis, ac de Polygamia antiquorum temporum verba facimus.* Agar itaque nupsit Abrahamo, & facta erat ejus Uxor, ac eidem pepererat filium, ut subdit textus *d. Genes. 16. 16.* *Peperitque Agar Abrahamo filium, qui vocavit nomen ejus Ismael.* Et nihilominus post tresdecim circiter annos cum Sara quoque concepisset, ac peperisset filium, cui impostum fuit nomen Isaac, ut habetur *Genes. 21. 1.* ipse Abraham ad instantiam ejusdem Saræ solvit Matrimonium initum cum Agar, & eam dimisit de domo sua: nam ut ait textus *d. Genes. 21. 10.* *Cum vidisset Sara filium Agar Ægyptie ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc, & filium ejus; non enim erit heres filius ancille cum filio meo Isaac.* Surrexit itaque scapula ejus, tradiditque puerum, & dimisit eam. Ecce factum divorcium cum solutione vinculi Matrimonialis: nunquam enim rediit deinceps Agar ad Abrahamum; qui imò post mortem Saræ, aliam duxit Uxorem nomine Ceturam; ut ex *Genes. 25. 1.* Ergo insolubilitas Matrimonii non est de Jure naturali; contra quod fecisset Abraham dimittendo Agar uxorem suam, & vinculum Maritale, cum ea antea contractum, solvendo.

Secundò ex exemplo Sampsonis, qui duxit in Uxorem mulierem Philistinam, ut constat ex *lib. Judic. cap. 14.* ubi narratur, quod post contractas nuptias, orto dissidio inter eundem Sampsonem, & parentes, ac concives Uxoris suæ; ipsa Uxor ejus accepit Maritum unum de amicis ejus. *Judic. 14. 20.* cumque de hoc indolentiam fecisset Sampson cum Socero suo, reponit ei, seipsum excusans: *Putavi, quod odisses eam, & idèo tradidi illam amico tuo: sed habet Sororem, que junior, & pulchrior illa est, sit tibi pro ea Uxor.* *Judic. 15. 2.* Igitur Socer Sampsonis solvemat conjugium filia suæ, eamque alteri maritarat,

etsi priùs eam dedisset illi in Uxorem; unde deducitur, indissolubilitatem Matrimonii non esse de Jure naturali, nam ad ejus observantiam homines illi Philisthæi, etsi infideles, erant obligati.

Tertio ex factò Saulis Regis Judæorum, qui dederat in Uxorem Davidi filiam suam Michol in præmium devicti, ac obrunctati Gigantis Goliathi, & cædis Philisthinorum, sic testante Scriptura Sacra. *1. Reg. 18. 27.* *Et post paucos dies surgens David abiit cum viro, qui sub eo erant; & percussit ex Philisthinis ducentos viros, & attulit eorum præputia, & annunxavit ea Regi, ut esset gener ejus. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam Uxorem.* At non multo post ipse Saul solvit hoc Matrimonium: & fecit ut eadem Michol nupsit alii Viro, nempe Phalthiel filio Lais; unde ait Scriptura, quod post mortem Saulis, ipse David factus Rex misit nuncios ad Iobeth filium Saul, dicens: *Reddo uxorem meam Michol, quam respondi tibi centum præputiis Philisthinum.* *Miser ergo Iobeth, & tulit eam à Viro suo Phalthiel filio Lais; sequebaturque eam Vir suus plorans usque Baburim.* *2. Reg. 3. 14.* Ergo indissolubilitas Matrimonii non est de Jure naturæ, quia à viris illis non servabatur.

Quarto ex repudio dato per Affuerum Regem Persarum, ac Medorum Vasthi Regine Uxori suæ, eo quia vocata ad ejus convivium recusavit accedere; ut narratur *libro Esther. cap. 1. ubi num. 19.* ponitur Regis Edictum, quo sancivit, ut nequaquam ultra Vasthi ingrediat ad Regem; sed Regnum illius altera, que melior est illa, accipiat. Fuit autem Esther Neptis Mardocheæ Judæi, que, in locum Vasthi repudiata Regine, accepta fuit in Uxorem à Rege Assuero, ut *d. libr. Esther. 2. 17.* Quis autem fuerit Rex Assuerus, non est concors Scriptorum sententia: alii enim ajunt, eum fuisse Xersem, alii Artaxersem Longimanum Xerxis filium, alii Darium Hystaspem, & alii Artaxersem Ochum, ut refert Cornelius à Lapide in *Commentar. ad libr. Esther. in princ.* ubi harum opinionum Auctores refert. Cæterum quoad rem nostram, si Matrimonium esset insolubile de Jure naturæ, non videtur hac cum facilitate potuisse Regem Assuerum solvere conjugium suum cum Regina Vasthi, & contra Jus naturale eam dimittere, prout fecit.

Quinto ex praxi Romanorum, apud quos licita erat solutio Matrimonii, ut ex Valerio Maximo dictum est supra in præced. Decif. VII. num. 36. factum fuisse à Spurio Carbilio; & concludenter constat ex *tit. Digestor. de Divortiiis*, necnon ex *titul. Codicis de Repudiis*, in quibus agitur de solutione Matrimonii, que fieri poterat tum à Marito, repudiando Uxorem; tum ab Uxore repudiando Maritum, ad effectum contrahendi novas nuptias cum aliis, etsi primus Maritus, vel prima Uxor, post factum divorcium, seu repudium, viverent; ut notat M. Antonius Peregrius Eques Patavinus in *tract. Var. lib. 2. ad Rubricam de Judicis numer. 14.* & differit Gregorius Tolofanus *Synagm. Jur. part. 2. lib. 9. cap. 15.* ubi advertit, quod talis solutio Matrimoniorum fiebat vel ex mutuo consensu conjugum, vel altero invito: & tunc vel ex aliqua justa causa enunciata in *l. Consensu 8. C. de Repudiis*; vel etiam sine causa; sed incurrebat multa amissionis dotis, si Uxor solvebat Matrimonium; vel alterius prene, si Uxor Maritum dicitam solutionem petebat, prout in *d. l. Consensu. 8.* qui ulterius aliam Uxorem ducere non poterat intra quinquennium; ut latius demonstrat Barr. & Paulus de Castro in *ead. l. Consensu*; & Tolofanus *d. cap. 15. num. 20.* Ex his confirmatur, quod indissolubilitas Matrimonii non videatur provenire à Jure naturali, cujus observantiam profestabant Romani; sed vinculum conjugii non tenebant indissolubile; prout ulterius demonstratur ex Historiis, ac sequentibus Exemplis; videlicet

Sextò